

A.K. 114^a.31.

Wg
1143

X 1998059


GRATVLATIO
ILLVSTRI, GE-
NEROSO DOMINO, DN.
HENRICO RVTHENO
Posthumo, Domino à Plavia, Domino juniori
in Graiza, Granichfelda, Gera, Seleucia, &
Lobensteinia, etc. Domino suo
clementi.

ILLVSTREM, GENERO-
SAM, OMNIBVSQVB VIRTYTIBVS CLARISSI-
MAM DOMINAM, DOMINAM MAGDALE-
NAM, Illustris, Generosi & Nobilissimi Domini, Do-
mini VVOLFGANGI, Comitis in Hohen-
lohe, Domini in Langenbergk, & VVeickers-
heim, &c. filiam, Sponsam, in domum
suam deducenti, exhibita

NICOLAO FRÖLICH GE-
rano, LL. Studioſo.



I E N E
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI,
ANNO C I O I O X C I V .



K. 114, 31.

Nix humili, quanquam Parnassi in valle
virenis,
Musa mea exiguo sustinet ore loqui:
Attamen argutis Philomela asueta Camænis
Grata Deo sperat se didicisse loqui.
Grata Deo res est, versu celebrare potentes,
A quibus in cives gratia larga redit.
Et mihi, si placide Generose HENRICE favebas,
Vox erit in laudes officiosa tuas.
Dexter es ingenijs doctus, admiror id ipsum,
Ingenio cupio notior esse tibi.
Magnanimus ab avis HENRICE create tuorum
Maiorum salvus limina salva subis.
Te neg, vir melior quisquam, nec amantior equi,
Quemq; juvent animo vota precesq; magis.
Vota precesq; Heros fundam clarissime gratas,
Carmina pro vestrâ pauca salute feram.
Cum ditione tua tenear subiectus alumnus
Id satis agnosco muneris esse mei.
Christe fave cæptis, Heros ut fronte serena
Accipiat tenui munera missa stylo:
Admiranda Dei sapientia fulget in ipso
Coniugio, bonitas eminet ampla Dei.
Testis amor verè quovis ardenter igne
Qui mentes castis motibus intus agit,
Atq; foras non obscuris erumpere signis
Sæpè solet, mortis non remorante metu.
Hac quoq; parte sui nos commonefecit amoris
Mens hominum sapiens non inimica bonus.
Certa doloriferi testor discrimina partus,
Testor & immensi grande laboris onus.

A ij

Coniugij

Coniugij gaudet Deus emollire labores,
Adjuvat & dubium parturientis opus.
Assidet ut nurix parvis custodia cunis
Pervigilat noctes, pervigilatq; dies.
Quam cunctos verè superis gratissima vita
Accipit in socio vita terenda thoro.
Non est invisusve Deo, cælove negatus,
Conjugis amplexu qui retinetur amans.
Nec trahit immundo mersus vestigia cæno,
Cui sua legitimè pignora nata placent.
Desinat & tandem ignavis gens abdita claustris
Irasci probris audeat ipsa suis.
Conjugium res grata Deo est, qui condidit astras
Cujus ab arbitrio stant mare, terra, polus.
Cujus ubi magni perfecit grandia Mundi
Corpora, conjugium proxima cura fuit,
Cum genus ignotum Monachorum, nomen inane,
Nesciretq; suos terra creata Duces.
Et nec adhuc urbes, nec cives urbibus essent,
Conjugij sanxit fædera prima Deus.
Ipseq; sepiro nympham fabricavit Adamo,
Ipse prior mystes, pronubus ipse fuit,
Tunc quoq; cum coleret servi sub imagine terras
Inductus carnem, nostraq; membra Deus.
Ipse thori festas conviva accedere mensas
Sustinuitq; humilem Christus adire Canam.
Nec sua claruerat tunc per miracula vulgo
Notus at aetherei voce parentis erat.
Defuerat vinum mensis: vinum inclyta mater,
Nate decus nostrum, nam potes, offer, ait.
Ille nihil primo mox fusa servulus unda
Pro liquidis vinum nobile portat aquis.

Cni,

Cui, D^evs, h^ac, inquit, sponse carchesia perfer
Et memorem nostri munera esse jube.
Conjugium humanae vita est sacrata palestra,
Ordoq^z virtutum, prodeat unde schola.
Ut neg^r, veniuris desint etatibus, has qui
De vivi doceant cognitione Dei.
Qui certa serie divina oracula verbi
Ceu semen spargant, qua patet orbis iter.
Qui sint custodes, & legum cura bonarum,
Quae scelus impuri pectoris omne vetant.
Ut niveus morum candor perduret in avum,
Nomen & à sera posteritate ferat.
Conjugium verè est castæ nutricula vita,
Vita Deo nunquam gravior esse potest.
Quos illi moveat vitiosa libido furores,
De gravibus pænis discere plana via est.
In cinerem vertit mala Troja fæmina muros,
Igne Corinthiaca sic cecidistis opes.
Deniq^z naturæ ductum cum bruta sequantur,
Cur illi faceret bella rebellis homo?
Conjugij multis insunt vestigia rebus
Sic factore olim constitente Deo.
Cum pare miscetur quam blando murmure turtur,
Connubij specimen, si placet, inde pete.
Exemplum casto tibi sint in amore columba,
Quanta fides & quam mutua cura manet.
Dicere non possum, centum licet ora sonarent,
Mille voluptates, commoda mille thori.

Hac HENRICE tua memori RVTENE purasti
Mente, vir illustris nobilitatis honos.
Postquam gustasti dulces Aganippidos undas,
Excultum varia pectus ab arte geris.

Inessa de Generosa parens simul ipsa subivit
Vsq; animum stimulis sollicitando tuum.
Millibus è multis nunc tandem virgo probata,
Et genere excellens atq; pudicitia:
MAGDALIS insigni pietate, & moribus aquis
Unanimi tecum fædere juncta thori est:
Quanto splendidior quam cetera sidera falget
Lucifer; hoc melius sidere Luna nitet.
Tanto virginibus præstantior omnibus una
MAGDALIS in thalamum nupta petita ven
Quæ, Veneris formam, mores lunonis habendo,
Sola est Ruthenio digna reperta thoro.
Ille igitur tantis cumulatus honoribus Heros
Cum Sponsa optata regna paterna subit.
Ille inquam nostras præsenti lumine terras
Aspergit, nobis cernere seq; dedit.

Ergo genu cives flexo venerantur euntem
Proq; heroë suo vota precesq; canunt.
Quid quisq; inter eos possit præstare laboris,
Hoc simul ex animo promitus obire studet.
In primis tibi felices gratantur honores,
Auspicio cedant omnia fausta tuo.
Affluat è cælo Domini benedictio sponsis
Largaq; det thalamo pignora multa pio.
Sic genus antiquum & vestra stirps inclyta gentis
Crescat, & egregijs floreat aucta viris.
Iam cum nemo leves nascens intraverit auras,
Viveret ut soli consulereq; sibi:
Sed natale solum partem sibi vendicat ortus
Et partem qui nos progenuere petunt,
Quo propiore tibi fuerit quis fædere junctus,
Fæderis hoc titulo justius urget opem.

Aggre-

Aggredere ô magnos, aderit jam tempus, honores
Et patrij capias sceptra regenda soli.
Sceptra regenda soli capias, ad culmina rerum
Te maiora vocant fata, volente Deo,
Sis bonus ô faciliusq; tuis, en qu! sg; precatur
Defendendo probos & reprimendo malos.

Tranquille Domino Generoso tempora pacis
Ex animis opto subditus ipse meo.
Lata sub Augusto celebrantur qualia, Christus
Cum fuit in terris virgine natus homo.
Nos pacem laudamus, amant & numina pacem,
Pace vigent urbes, jura sacrata vigent.
Et legum pietas valet, & pietatis alumna
Virtutes, doctus Pieridumq; chorus.
Pace suas mercator opes, & parta tuerit
Agricola, uxorem vir fovet atq; suam.
Et suus est aris honor, & reverentia templis,
Portas successu gratia lata subit.
Apopulus cunctis in voce animoq; superbum
Pompeium favor & gratia quanta fuit.
Exerat hæc in eis sese officiosa voluntas
Qui tibi subiecti sub ditione manent.
Non melius florent civilis commoda vitæ
Quam benè cum Princeps civibus esse cupit.
Et quo Pellaus juvenis fervore laceiens
In mundi populos totius arma tulit.
Non illis cessit, sed contra audentior ivit,
Imperij fines amplificando sui.
Sic tu qui claris nomen virtutibus aquas,
Nec sinis ingenium nobilitate premi.
Contra hostes capias infestos fortiter arma
Civibus avertas noxia quaq; tuis.

Te pro-

Te probitas morum commendet & integra vita
Alter Trajanus jure vocandus eris.
Qui tulit externas incommoda multa per oras
Ipse fatigatis equior esse potest.
Nec Constantino cedas pietate verenda,
Pro sacris pugnes fortiter atq; foci.
Conveniens homini est, homini servare juvando,
Principue hic candor pectora celia juvat.
Sic tu præclaris à stirpe parentibus orte,
Qui numeras longæ nobilitatis avos;
Majorum fueris imitatus facta parentum,
Et generis vestri fama perennis erit.



Farbkarte #13

B.I.G.

